



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CXCIII. König Wladislaw von Polen entschuldigt sich bei den Preußischen Landständen wegen der Erfolglosigkeit seiner Friedens-Verhandlungen mit dem Orden, am 14. Juni 1422.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

CXCII. König Wladislaw von Polen klagt dem Markgrafen Friedrich einen in der Neumark gegen Polnische Bürger verübten Friedensbruch, am 4. März 1422.

Wladislaus, dei gracia Rex Polonie littwanieque princeps supremus et heres Ruffye. Magnifice et preclare princeps frater et amice noster dilecte. Grauamine Ciuium nostrorum de Costan recipemus querelam continentem, quomodo aduocatus noue Marchie quosdam ex illis Nicolaum uidelicet et Albertum dominum pro quibusdam suis negocijs disponendis uersus Stettin cum eorum necessarijs sub spe treugarum pacis, quas uestra fraternitas inter nos et cruciferos de Prussia interposuit, procederent, receptis eorum bonis equis et rebus Captiuauit et dimisit tandem, dato temporis termino super medio quadragesime ad pristina Captiuitatis mancipia redeundi. Cum ita hec ab illis patimur pendente trewga per uestram fraternitatem interposita, merito ad uos recurrimus, que nobis per illos In earum treugarum lesionem inferuntur. Ex quo si aliquando illis scribimus nichil prouicimus sed cominus maioribus iniurijs conturbamur. Quo circa fraternitatem uestram petimus quatenus predictorum nostrorum liberacioni Ciuium et restitutioni ablatorum uelitis interponere presentes uestras et efficere apud illos, quod nos et subditos nostros amplius adhuc in hac treugarum pendencia non molestant. Datum retro fferia quarta proxima post dominicam inuocauit. Anno domini Millesimo quadringentesimo uigesimo secundo.

Relacione Venerabilis Sbignei prepositi sancti ffloriani ante Cracouiam.

Preclaro et Magnifico Principi domino Marchioni Brandenburgensi et Burggrawio Norimbergensi, sacri Romani Imperij Archi Camerario, fratri ac amico nostro charissimo.

Rach Kaczynski Cod. dipl. Litth. S. 282.

CXCIII. König Wladislaw von Polen entschuldigt sich bei den Preussischen Landständen wegen der Erfolglosigkeit seiner Friedens-Verhandlungen mit dem Orden, am 14. Juni 1422.

Wladislaus, dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Ruffye etc., Vniuersis et singulis militibus, Nobilibus, Clientibus et uasallis per terras, dominia et districtus pruffie vbilibet constitutis Amicis et beniuolis grate dilectis, Graciam Regiam et omnis boni firmitatem. Strenui nobiles ac Conspicui amici et beniuoli grate dilecti. Ne sinistre inculacionis odiosa et hostilis fama de nobis et fratre nostro carissimo Magno duce littuanie inducta in uestri presencia locum uendicaret, prouidentissima inocencie nostre claritate uobis et uestrum cuilibet duximus propalandum, Quomodo nos vnacum fratre nostro predicto in animis reuoluentes, quot et quanta mala ex preteritorum bellorum fremitibus et gwerrarum disturbis hincinde inter nos et Ordinem Cruciferorum durantibus secuta fuere, ampliores cedes et preteritorum occasiones euitare quantumcunque potuissemus peroptantes, ad mandata sanctissimi domini nostri pape Martini quinti uobis per uenerabilem Anthonium Zeno decretorum doctorem et sedis apostolice nuncium in plenitudine pietatis nunciata tamquam filii obediencie etc. pacis zelatores vteriores treugas pacis cum parte

aduersa Cruciferorum libenter facere uolebamus modo et forma talibus, quemadmodum et anno preterito prefatum Sanctissimum dominum papam et Inclytum dominum Ffredericum, Marchionem Brandenburgensem et fratrem nostrum carissimum, facte fuerant et firmate et ad hoc Amballiatores et Oratores nostros solempnes cum totali nostra facultate ad Conuencionem in Solecz Oppido proxime celebratam miseramus, vt huiusmodi treuge pacis ordinari potuissent. Sed oratores partis aduersæ Cruciferorum in similes faciendas treugas pacis nullatenus uolebant assentire ac quibusdam uotiuis Condiçionibus, quas in Inscriptiões Contractuum includere uolebant, se affirmandis treugis pacis subtraxerunt et sic sine fine ab inuicem recesserunt. Cum enim tanta nostra equalitatis exhibicio prodesse non potuit nec eos ad seruandam nobiscum pacem inuitare iam quantumcunque inuiti successus nostros et euentus in manus omnipotentis domini committentes, iusticiam nostram oportebit, quod defendamus vniuersitatem uestram petentes eidem assistere et adherere debere. Ceterum informati sumus qualiter Magister generalis Ordinis domus Theutonicorum de Prussia nunc in Conuencionibus et nunc in alijs locis nos non cessat infamare, affirmando, quod nos ab obediencia Ecclesie Romane et vniuersalis recessissemus et hereticis adhesissemus hijs et alijs finistris suggestiõibus uos aduersum nos Concitando, non enim sapientis esse censemus ea, que numquam probari possunt, de parte aduersa predicare debere et affirmare, cum talia in fine nonnisi pudorem et confusionem reportare uidentur. Quare eandem vniuersitatem uestram desideriosis requirimus affectibus et hortamur persyncere, quatenus accusacionibus talibus, si per quempiam in uestri deduceretur presencia, fidem dare non uelitis, sed eas tamquam iniustas et iniquas ab auditu propellentes vt uenenum studeatis deuitare. Datum in Gnezna, proxima dominica post Corporis Christi, Anno etc. uigesimo secundo.

Ad mandatum domini Regis Johannes, decanus
Cracouiensis, Regni polonie uicecancellarius.

Nach Racypuski Cod. dipl. Litth. S. 322.

CXCIV. Vergleich zwischen Polen und dem Orden über die Regulirung der Grenzen der
Neumark, vom 17. Dezember 1425.

Nos Wladislaus, Dei gracia Rex Polonie —, significamus tenore presencium Quibus expedit uniuerfis, Quod die et loco subscriptis simul cum Illustri et preclaro principe domino Alexandro alias Witoudo Magno Duce Lithuanie fratre nostro carissimo ex una, Et Magnifico et Religioso domino Pawlo de Ruffdorff, Ordinis beate Marie domus Theutonicorum Irosolimitani Magistro generali partibus ex altera, Conuenientes de et super articulorum Infracriptorum discensionibus talem fecimus ordinacionem et declaracionem ut Infra sequitur. Primus articulus talis est, quod nos rex predictus absoluimus Magistrum et Ordinem prefatos ab impetitione limitationis granicierum inter Nouam Marchiam et terras Polonie Et faciemus eandem cum serenissimo principe domino, domino Sigismundo Romanorum, Hungarie et Bohemie Rege etc. uel eius successoribus loco et tempore se offerrentibus etc. Secundus articulus est